



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117867**

§. 29. Concilium Bellovacense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)



**Sæculum IX.** Custodis fungens quiete permanfit. Sed  
A. C. 845. ab Imperatore iterum ad Regiam vocatus obediit, & Episcoporum Synodis interfuit, inter alias Synodo Vernensi, quæ eum Ludovicus S. Dionysii Abbas Hilduini Successor deduxit. Carolus vero Rex Hincmaro duas Abbatias, S. Virginis Compendii & S. Germari contulit, quas non nisi ab Episcopo suo & Abbate jussus recepit. Fundum quoque a Rege accepit, quem postea ad Episcopatum evectus S. Dionysii Xenodochio donavit.

*Mabill. Diplom.*

§. XXIX.

*Concilium Bellovacense.*

*to. 7. Conc. p. 1812.* **C**oncilium Bellovacense, in quo Hincmarus electus & ordinatus est Archiepiscopus Remensis, edidit octo Canones seu potius pacta inter Carolum & Hincmarum inita, quæ etiam ad alios Episcopos extenduntur, nam sermo jam ad plures jam ad unum dirigitur. In illis Articulis dicit Hincmarus: *Nihil facies, quod mihi nocere possit, ob rem quamcunque præteritam, nisi imposterum contra Deum & te culpam admisero. Hic articulus cautionis loco est propter præterita bella civilia. Bona Ecclesiæ meæ tempore Regni tui ablata mihi restitues, literas donationis concessas rescindes, & si miles nemini unquam concedes.* Ecclesiæ



*siam meam nulla exactione illicita vexa-* Sæculum IX.  
*bis, sed in illo rerum statu, quo Patris &* A. C. 845.  
*Avi tui tempore fuit, conservabis.*

Itaque ut promissa in his tribus articulis implerentur, Rex Carolus Ecclesiæ Remensi Epernacum, Julliacum, Cormiacum & cetera omnia, quæ in diversos clientes tam Ecclesiasticos quam Laicos sparserat, restituit; id enim ipsius literæ prima die Octobris, anno Regni sui sexto, Indictione octava, scilicet, hoc anno octingentesimo quadragesimo quinto, datæ probant. In tribus posterioribus articulis Conventus Belloyacensis nomine omnium Episcoporum a Rege petitur, ut eos contra bonorum Ecclesiasticorum prædones tueatur, ut Ecclesiarum tabulas confirmet, & si vel Rex vel Episcopi his, quæ in articulis continentur, contraria egerint, remedium ex omnium consensu afferatur. Juravit Rex Carolus se hos octo articulos nunquam violaturum, & eadem privilegia ad cunctas Regni sui Ecclesias extensurum.

## §. XXX.

*Concilium Meldense.*

Eodem anno, decima septima Junii, *to. 7. Conc.*  
 Episcopi trium Provinciarum Seno- *p. 1813.*  
 nensis, Remensis, & Bituricensis, Meldis  
 Concilium celebrarunt, Archiepiscopis  
 Venilone, Hincmaro & Rodulfo præsi-  
*Hist. Eccles. Tom. XI.* E e den-